

Urkunden.

I. (972, April 22. Rom) Kaiser Otto I. bestätigt auf Bitten seines Erzkanzlers, Bischof Huberts von Parma, dem Abt Azo des S. Sofienklosters zu Benevent die Besitzungen desselben.

St. 502 und 503. Schlecht erhaltenes Original im Archiv des aufgehobenen Nonnenklosters San Filippo zu Benevent (Privilegiorum pontificum et concessionum principum Vol. II.

(In nomine sancte et) individue trinitatis. Otto divina or(dinante) providentia imperator¹ augustus. Ad ho(c nos divina potentia ad) imperialis culminis prove(xit) apicem (ut omnium maxime² divino)³ cultui mancinatorum frugibus (consulamus, quatenus servoru)m Dei⁴ ibidem vigilantium et. (orantium precatibus status imperii nostri et sedes⁵ tranquill)a d(iriga)tur et post (huius temporalis vitae) decessum felicitatis eterne⁶ contubernium (non⁷ denegetur). Quocirca noverit omnium sanctae Dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum universitas, Hubertum venerabilem Parmensis⁸ ecclesiae episcopum et archicancellarium (necnon et Theodoricum venerabilem Metensem episcopum) nostros dilectissimos fideles, culminis nostri sublimitatem adiisse obnixè postulando, quatenus pro Dei amorem et (peccatorum)⁹ nostrorum absolutionem coenobium in honore sanctae Soffiae (ecclesiae d)edicatum in loco qui nuncupatur Benevent(um) situm, cui preesse (videtur) Azo venerandus abbas et noster¹⁰ karissimus fidelis (confirmare et omnino corroborare)¹¹ gratia¹² dignaremur, omnia que a predecessoribus nostris et ceteris hominibus Deum¹³ timentibus eidem coenobio dando (concessa sunt) et que idem monasterium tenuit ex quo fundatus est, tam per precepta predecessorum nostrorum seu etiam per precaria et offersiones et cete(ras) donationes¹⁴ atque per investituram et donatione(m seu etiam per quecunque instrumenta) cartarum sive (cuiuscunque) scriptionis titulum. Nos qu(oque ratam) eorum petitionem considerantes atque fidelitatem (et sanctitatem) predicti Azonis abbatis animo inclinati prec(ibus) illorum (per h)oc nostrum preceptum, prout iuste et¹⁵ legaliter possumus, confirmamus et corroboramus omnes